

minor. Ad primam ejus probat. dico, quod ille, cui infunderetur gratia sine charitate, esset Dei amicus radicaliter, & exigitive: quia habere gratiam, cui, ut principio radicali, debetur principium diligendi Deum. Vel esset Dei amicus a Deo amatus, & dilectus per gratiam, sed non esset Dei amicus amans, & dilector Dei formaliter: quia non haberet proximum principium inclinans voluntatem ad Deum diligendum. Quamvis dici possit, quod aliquando etiam possit Deum diligere; non per habitum charitatis, quem non haberet; sed per specialem Spiritus Sancti motionem, qua homini Deo gratio non desisset: quia dilectione, licet non conaturali modo, & adeo perfectius, possit mereri vitam eternam, & salvari.

Ad secundum probat vel dico, casum illum esse impossibilem: quia esse Deum possit facere, ut existat essentia sine proprietatibus; non potest tamen facere, ut existat proprietates sine essentia, maxime si proprietates sit vitalis. Quare, sicut non potest fieri, ut existat voluntas sine anima; ita nec quod existat habitus charitatis sine gratia. — Vel admittam hypothese tamquam possibili, dico, quod esse ille homo, carens habituali gratia, non foret satis idoneus idoneitate personae (quia desisset illi dignitas personae, quae est conditio necessaria ad meritum de condigno ex parte operantis) ad merendum vitam eternam; quia non esset intrinsece, & proprie filius Dei, nec haberet naturam Dei participatam, unde non deberetur ei vita aeterna tamquam hereditas: ei tamen deberetur ut merces operatio promissa, debito tamen inferiori ad meritum de condigno. Quia, ut supra cum D. Th. Q. 22. de Verit. art. 2. ad 4. dicebamus: Charitas non sufficit ad merendum (de condigno) bonum aeternum, nisi praesupposita idoneitate merenti, quae est per gratiam: aliter enim dilectio nostra, non esset aucto premio condigno. Et huiusmodi homo esset quidem formaliter dilector, sed non formaliter intrinsece dilectus, Deo gratias, & naturam Dei participans.

S. III.

Quomodo Virtutes effluant a Gratia.

XXI. Hactenus dictis sequitur, charitatem; aliaque virtutes infusus comparari ad gratiam, sicut proprietates ad naturam. Quia vero proprietates effluunt a natura, videndum modo est, quod genere effluxus virtutes emanant a gratia habituali: an effluxus solum morali, an vero physico.

XXII. Dico doctrinam, & mentis S. Thomae conformiter videtur, gratiam habitalem ita esse radicem, seu principium radicale virtutum supernaturalium; ut iuxta exigentiam status, & capacitatem subiecti simul cum ea infundantur, & ab ea deriventur: non moraliter solum, sed vel physice, vel modo quodam ad effluxum physicum accedente. Hoc enim significat S. Doctor hac quae. 110. art. 4. ad 1. & Q. 27. de Verit. art. 5. ad 17. & alibi: partim dum gratiam ad virtutes comparat, sicut animam ad potentias, sicut lumen naturalis rationis ad virtutes acquiras; partim dum dicit, quod a gratia virtutes derivantur, fluunt, effluunt, oriuntur: quae verba pluraquam effluxum morale significant. Accedit: quod talem effluxum gratia tribuere, non est contra naturam gratiae vel virtutum; & deservit ad melius percipiendam naturam gratiae, & ad reddendum omnibus habitibus supernaturalibus ad unum principium.

XXIII. Sed dices primo cum Suarez, & aliis: Sunt aliqui habitus supernaturales, qui sine gratia interdum infunduntur, & sine ea conservantur, ut habitus fidei, spei, ergo non possunt dici emanare physice a gratia: cum effectus, qui physice ab aliqua causa emanat, nequeat fieri, aut conservari sine illa.

XXIV. Dices secundo. Potentiae, quae physice derivantur ab aliqua natura, insunt omnibus habitibus illam naturam: non omnes autem virtutes insunt omnibus habitibus gratiam; cum Beati habebunt gratiam, & non fidem, neque spem; ergo &c.

XXV. Dices tertio. Lumen gloriae, quamvis supponat gratiam, non tamen a gratia profluit; ergo idem dicendum de virtutibus.

XXVI. Dices quarto. Posita gratia ut radice physica virtutum; jam dici debet, gratiam esse qualitatem de genere activo, quod supra rejectimus. Insuper sequetur, virtutes se proportionari gratiae, ut non auferantur, nec minuantur, nisi ea auferatur, vel diminuat: sed hoc falsum est: cum fides, & spes augeri possint per suos actus ferventiores, etiam gratia, & charitas sint firmiores; ergo &c.

XXVII. Haec tamen non obstant: nam si bene considerentur, neque militent contra effluxum morale. Unde ad primum dico, quod fides, & spes firmi possunt, & secundum substantiam habitus, & secundum rationem virtutis. Secundum primum non sunt proprietates gratiae, nec ab illa effluunt, sive physice, sive moraliter: quoad secundum autem, & ut conjunctam habent charitatem, proprietates gratiae sunt; & ab ea physice effluunt.

XXVIII. Ad secundum dico, verum esse assumptum, quando natura illa habet unicum statum; & emanatio proprietatis, sive physica, sive moralis non impeditur. Secus si habeat diversos status, & in uno statu ad se impeditum. Cum ergo gratia alium statum habeat hic in via, ac in Patria; & subiectum, quod hic in via non est impeditum, nec incapax fidei, & spei, sit impeditum in Patria a claritate visionis; ideo fides, & spes, quae a gratia in statu viae effluunt, in statu Patriae effluere nequeunt, nec physice, nec moraliter. Quia ratione eadem gratia in nobis radicatur filiationem

adoptivam, quam in Christo, qui ratione suppositi incapax est, non radicatur.

XXIX. Ad tertium, nego ant. Nam lumen gloriae est non effluat a gratia in statu viae, ubi habet statum adhuc imperfectum, ratione subiecti; ab illa tamen effluit in statu Patriae, ubi habet statum perfectum, & consummatum; vel si velis, admisso ant. neg. conf. & paritate. Nam virtutes, & medianibus illis gratia sunt principia bene vivendi, & ad terminum tendendi. At lumen gloriae est primum: primum autem non emittit ab aliquo, quod in operante fit, sed datur a praeiudicante.

XXX. Ad quartum respondeo, gratiam esse qualitatem de genere activo radicali, & mediato, sicut naturam, non vero de genere activo proximo, & immediato. Ita Sancti Th. Q. 27. de Verit. art. 5. ad 17. & hac q. 110. art. 4. ad 1. his verbis: Est enim gratia principium meritorii operis, medianibus virtutibus; sicut essentia animae est principium operum vitalium, medianibus potentibus. Quod repetit in d. dist. 26. art. 5. ad 1. Quamvis non immediate gratia ad opus referatur, tamen est per se causa operis meritorii, licet mediante virtute. — Ad id vero, quod additur, dico, quod dum fides augetur, vel diminuitur non auferatur, vel diminuitur gratia; hoc non habet, prout a gratia effluit, sed ab alia causa. Immo proportio, quae debet esse inter naturam, & proprietates, non est; in dum augetur intensius, vel minuitur proprietates, augetur, vel minuitur natura: sed quod a natura talis, vel talis speciei, oriuntur tales, vel tales speciei proprietates.

DUBIUM VI.

In quo ut in subiecto immediato, sit Gratia Habitualis.

S. I.

Resolutio Dubii.

I. Ista quaestio (inquit S. Th. hac q. 110. art. 4.) ex praecedente dependet. Si enim gratia sit idem, quod virtus, necesse est, quod sit in potentia animae: nam potentia animae est proprium subiectum virtutis. Si autem gratia differat a virtute non potest dici, quod potentia animae sit gratia subiectum quia omnis perfectio potentiae animae habet rationem virtutis. Idem dicit Q. 27. de Verit. art. 6. Procedit autem Quaesitio de Gratia habituali: nam de gratia actualibus, quae regulariter dantur ad operandum, certissimum est, esse, tamquam in subiecto, illis potentibus, quas elevat ad supernaturaliter operandum.

II. Secus ergo, qui charitatem a gratia habituali non distinguit, nisi secundum munera, ut in Dubio praecedente vidimus, ponit gratiam, sicut & charitatem in voluntate, ut subiecto immediato. At S. Thomas, ejusque Discipuli, qui realiter distinguunt gratiam a charitate, dicunt, subiectum immediatum, in quo gratia recipitur, esse animam, seu essentiam animae. Unde

III. Dico. Immediatum subiectum gratiae sanctificantis est ipsa animae rationalis essentia. Ita S. Thomas citatis locis, cuius ratione probatur sic. Sicut secundum potentiam intellectivam homo participat cognitionem divinam, per virtutem fidei, & secundum potentiam voluntatis amorem divinum, per virtutem charitatis; ita etiam secundum animam participat secundum quaedam similitudinem naturam divinam, per quaedam regenerationem, & recreationem: sed fides, & charitas, quae sunt participationes intellectus, & voluntatis divinae, resident, una in intellectu, & voluntatis in subiecto immediato; ergo gratia, quae est participatio naturae divinae, ut natura est, debet in ipsa natura, nempe, anima rationali, ut in subiecto immediato, recipi.

IV. Confirmatur primo. Per gratiam regeneratur, ac re- nascimur in filios Dei, & novum esse in ordine supernaturali accipimus: sed generatio per prius terminatur ad essentiam, quam ad potentias; ergo gratia per prius est in essentia animae, quam in potentibus.

V. Confirmatur secundo. Ex mente SS. PP. gratia est vita animae, sicut anima est vita corporis: sicut enim in ordine naturali corpus primo vivit per animam; ita in ordine supernaturali anima primo vivit vita gratiae; sed anima immediate subiectatur in corpore, cui primo vitam communicat, & quod per illam primo vivit: ergo & gratia immediate subiectatur in anima, cui primo vitam supernaturaliter communicat, & quae per illam in illo ordine primo vivit.

VI. Confirmatur tertio. Gratia per se datur ad esse, ut supra vidimus: charitas vero datur per se ad operari; ergo gratia immediate subiectatur in anima, quae datur ad esse, & charitas in voluntate, quae per se datur ad operari. Nam forma, & subiectum debent invicem proportionari; ergo gratia, quae datur ad esse, debet immediate recipi in eo, quod per se respicit esse, ut per illam eleveatur ad nobilitatem esse: charitas vero, quae datur ad operari, debet recipi in eo, quod datur ad operari, ut per illam eleveatur ad nobilitatem operationem.

VII. Explicatur magis. Ibi, ut in subiecto proprio, residet forma, ubi est ejus effectus formalis; quia effectus formalis formae nil aliud est, quam ipsa forma ut communicatur: sed effectus formalis gratiae est in anima, & per se esse, & vitam supernaturalem, seu esse principium radicale operationum supernaturalium: esse autem primo, & per se convenit animae, esse gratum primo, & per se respicit subiectum, seu personam, non operationes; esse principium radicale proprium est naturae, non potentiarum; ergo &c.

VIII. Secundo probatur hoc discursu. Anima, seu animae essentia

essentia non minus est capax perfectionis supernaturalis, quam ejus potentia; & omnino deest, quod fuit voluntas hominis est iusta, sancta, Deo grata; ita animae ipsius essentia fit formaliter spiritualiter pulchra, sancta, iusta, & Deo grata: sed propter hoc in potentis animae alique virtutes immediate recipiuntur; ergo, ob eandem rationem, aliquis habitus infusus supernaturalis debet recipi immediate in anima, qui nil aliud esse potest, quam gratia habitualis; quae primo datur esse, & vivere vita supernaturali, sicut anima primo datur esse, & vivere vita naturali. Operatur ergo dicitur, quod gratia sit in essentia animae perfectior ipsam, in quantum datur ei quoddam esse spirituale, & facit eam, per quamdam assimilationem, conformem divinae naturae, ut habetur 1. Petri 1. fides virtutes perfectiores potentiae ad recte operandum. Ita concludit S. Th. Q. 27. de Verit. art. 6.

S. II.

Rationes Contrariae.

IX. Primo obijcies. In eodem subiecto debent esse gratia; & gloria, cum gloria nihil aliud sit, quam gratia consummata; sed gloria non est immediate in essentia animae, sed, vel in intellectu, iuxta opinionem ponentem beatitudinem formalem in actu visionis Dei; vel in voluntate, in sententia collocante beatitudinem in actu amoris Dei; ergo &c.

X. Respondeo, neg. maj. Ad hoc, quod additur, nempe, quod gloria est gratia consummata, distinguo. Ita ut gloria sit finis, & terminus, ad quem gratia, & operationes ab ipsa radicatur ultimo tendunt, & in quo consummantur, concedo. Secus, nego. Beatitudo ergo est gratia consummata, quatenus gratia in ea suum finem, suamque potissimum operationem, ad quam elevebatur, & disponebatur in hoc saeculo naturam, consecuta est. Non oportet tamen, quod illa finis consecutio, seu potissima operatio in eodem subiecto immediato sit, in quo est gratia. Immo sicut unaquaeque res persequitur, & consummatur illa sua operatione immanente, quae est consecutio finis; nec tamen illa operatio est immediate in substantia rei, sed in ejus potentia operativa: ita gratia in substantia animae existens, cum ordinatur ad beatitudinem visionem, tamquam ad sui ultimum perfectionem, hoc ipso perficitur, quod beatifica illa visio advenit: non oportet tamen, eam esse in eodem subiecto immediate, in quo est gratia.

Ex his solvitur, quod aliis verbis obijciunt, nempe: gratia respondet gloriae: ergo debet habere idem subiectum — negari enim debet conf. Nam non est necesse, ut sibi invicem respondeant ex parte subiecti proximi, seu immediati: sed gratia respondet gloriae, in quantum gratia datur jus ad gloriam: gloria est finis, ad quem ultimo datur gratia, & quo major est gratia, eo major erit gloria. Gloria quoque respondet gratiae, sicut fructus respondet virtuti feminis: & per consequens tanta est, quantum gratia per bonas operationes, quas mediis potentibus, & virtutibus in hac vita exercuit, promerita est.

XI. Secundo obijcies. Si gratia esset in anima, ut in subiecto immediato, prius faceret gratam, & meritorium actionem intellectus, quam voluntatis: quia sicut prius oritur ab anima intellectus, quam voluntas; ita actio intellectus prior est actione voluntatis; & propterea, quod actus fidei est gratia, & meritorius, antequam accederet ei actus, seu motus voluntatis: sed hoc est falsum, cum fides solum meritoria sit, quando per dilectionem operatur; ergo &c.

XII. Respondeo, neg. maj. Quamvis enim actus intellectus, & consequenter fidei sit prior charitati, sicut intellectus est prior voluntate ordine originis; in ratione tamen grati, & meritorii subsequitur actum charitatis: cum actus fidei nequeat esse gratus, & meritorius, nisi ex pia affectione erga Deum moveatur per charitatem. Quare actus intellectus est prior actu voluntatis, & posterior illo: prior in ostendendo, & manifestando voluntati obiectum: posterior vero in ratione liberi, voluntarii, & meritorii: hoc enim actus intellectus convenire non potest, nisi quod exercitum moveatur a voluntate. Uno vero: actus fidei, ut radicatus in gratia, est actio grata, & dilecta in sua radice; non intelligitur tamen actu moraliter actio bona, & meritoria, nisi accedat ei charitatis imperium. Unde ultra perfectionem ipsi propriam, quam habet a gratia, accipit perfectionem accidentalem boni, & meritorii a charitate.

XIII. Tertio obijcies. Gratia est habitus: ergo operativus; ergo est in potentia operativa, & non in anima.

XIV. Respondeo, neg. conf. Non enim omnis habitus datur ad immediate operandum; sed aliquis etiam ad bene disponendum subiectum in se, ut scilicet bene se habeat in aliquo ordine: & talis habitus sufficit, ut sit operativus solum radicaliter. Huiusmodi est gratia, quae cum ex jam dictis datur sit, ut animam eleveat per modum naturae, eamque constituat in esse supernaturali: unde fit, ut sicut anima, quae est natura, non est nisi principium radicale in ordine naturali; ita gratia non fit nisi principium radicale in ordine supernaturali.

XV. Sed dices. Virtutes emanant a gratia: sed virtutes sunt in potentis animae, ut in subiecto; ergo & gratia. Conf. prob., quia a subiecto in subiectum realiter distinctum emanatio esse non potest. Licet enim vere actus, qualis est actio transiens, possit producere terminum extra proprium subiectum, ut patet in calefactione, quae producit calorem in ligno: actio tamen solum improprie talis, qualis est dimansio, producit terminum intra subiectum suae dimansionis.

Costi Theol. Tom. II.

XVI. Respondeo tamen, neg. conf. Ad ejus probat. distinguo ant. A subiecto in subiectum extraneum, & quod, conc. ant., in subiectum intraneum, & quo, nego ant. Verum ergo est, quod per simplicem dimanationem nequit resultare terminus in diverso subiecto extraneo, seu quod, nimirum, suppositaliter distincto a subiecto radice. Attamen quando subiectum radice, & termini radicit, esse realiter different, ad idem tamen suppositum pertinent, bene potest exire ad aliud dari dimanatio. Cum igitur, licet anima, & voluntas sint duo subiecta quo, pertinent tamen ad integritatem unius, & eisdem subiecti quod, nempe, suppositi; ideo quamvis gratia sit in anima, potest radicari charitatem, quae fit in voluntate.

XVII. Quarto obijcies. Gratia, & peccatum, cum sint contrarie opposita, debent esse in eodem subiecto: sed peccatum est in voluntate; ergo & gratia.

XVIII. Respondeo primo, neg. min., esto enim omne peccatum sit in voluntate, sicut in causa; non tamen omne peccatum est in voluntate, sicut in subiecto immediato: nim peccatum infidelitatis est in intellectu. Quomodo ergo peccatum infidelitatis, quod est in intellectu, expellit gratiam, & charitatem, quae non sunt in intellectu, & viceversa gratia illud expellit: quare quodvis peccatum mortale non potest expellere gratiam, & hoc ipsum a gratia expelli; quamvis gratia sit in anima, & peccata quaedam in voluntate sint, quaedam in aliis potentibus.

XIX. Respondeo secundo, dist. min., peccatum quoad actum, seu actualem, conc. min., sumpsum quoad maculam, seu habitalem, nego min. Quamvis ergo peccatum actuale non sit primo, & per se in anima, quia proprio actu committitur, non autem infunditur, sicut gratia, nec contrahitur, sicut originale; ideoque debet esse in illa potentia, a qua proxime proficitur: secundum maculam tamen, ex peccato actuali relicta, in essentia animae est, eamque foedam, maculatam, & Deo ingrati reddat: & secundum hanc maculam peccatum directe, & immediate opponitur gratiae. Haec responso consonat doctrina S. Thom. in dist. 26. quae. 1. art. 3. ad 4. ubi ait: Culpa actualis non est per se peccatum, sed per aliquem determinatum actum nobis adventis: & quia omnis operatio respicit determinatum peccatum; quae est ejus principium; inde est, quod culpa per prius est in potentia, quam in essentia animae. Gratia autem non acquiritur per actus nostros, sed a superiori infunditur: unde illud, quod superior anima est, scilicet, essentiam, quae est origo omnium peccatorum, per prius respicit. Videtur etiam potest Q. 27. de Veritate art. 6. ad 2.

S. III.

An Creatura Irrationalis sit Subiectum capax Gratiae?

XX. Respondeo negative. Et constat ex supradictis Dub. 4. §. 4. num. 24. ubi ex S. Thom. ostensum est, adoptari in filium Dei esse proprium creaturae rationalis. Nunc autem proba primo. Gratia, ex dictis, nil aliud est, quam participatio divina intellectualitatis per modum radice; ergo quod est incapax intellectualitatis erit incapax gratiae: sed creatura irrationalis est incapax intellectualitatis; ergo erit incapax gratiae.

Secundo. Gratia ad nil aliud datur, nisi ut eleve subiectum, illudque reddat aptum videre Deum, & illum amare, ut in se est: sed creatura irrationalis est incapax videre &c. ergo est incapax, ut eleveatur per gratiam: quod enim est incapax effectus formalis formae, est incapax formae.

XXI. Sed dices primo. Corpus est incapax intelligendi: & tamen est subiectum animae rationalis, quae est intelligendi principium; ergo a pari &c.

XXII. Respondeo, discrimen esse, quod animi rationalis dat non solum esse intellectivum, sed etiam esse corporeum, vegetativum, & sensitivum, quorum corpus est capax: cum sit principium operationum corporearum, vel a corpore dependentium. At gratia nullum effectum praestat, qui creatura irrationali possit convenire, & operationes, quae a gratia radicantur, sunt supra omnem naturam corporealem, ejusque capacitatem essentialiter elevatae: & ideo non potest in natura corporali recipi, qualis est natura irrationalis.

XXIII. Dices secundo. Verbum divinum infinite dignus est, quam gratia, & tamen potest uniri cuilibet naturae corporali, & illam reddere subsistentem; ergo etiam gratia poterit uniri naturae irrationali, eamque facere gratam.

XXIV. Respondeo, conc. ant. neg. conf. ob duplicem disparitatem. Prima est: quia Verbum divinum unitur naturae praedicte, ut reddat illam subsistentem: omnis autem natura, sive sit rationalis, & spiritalis, sive irrationalis, & corporea, ex quo substantialiter est, capax est subsistenti. At gratia unitur naturae, ut illam constituat aptam, & idoneam ad operationes supernaturales videndi, & amandi Deum, ut in se est; quorum operationum natura irrationalis essentialiter incapax est: & ideo &c.

Secunda est, quod Verbum divinum dum unitur alicui naturae, illi unitur, non per dependentiam ab illa, aut aliquid ab illa accipiendo: sed potius per dependentiam illius a se, & illam assumendo ad esse divinum. At gratia, utpote accedens, debet uniri naturae irrationali, & corporeae cum dependentia ab illa in esse, & operari. Cumque forma dependens in esse, & operari a corpore, non possit esse spiritalis, & principium operationum spiritualium, ideo gratia in natura irrationali poni non potest: alioquin non esset

scri-



spiritualis, neque principium operationum spiritualium, quod est contra efficientiam gratiae.

XXV. Sed replicabitur contra hoc primo. Virtutes morales infuse spirituales, & supernaturales sunt: & tamen recipiuntur in appetitu sensitivo, qui corporalis est.

Secundo. In sententia afferente, Sacramenta causare physice gratiam, virtus illa spiritualis est: & tamen recipitur in Sacramento, quod in rebus corporeis consistit.

XXVI. Respondeo ad primam replicam, disputari apud Theologos: an virtutes morales infuse sint spirituales, an corporeae. Nos Tom. I. Tract. de Viri. Quæst. 2. Dub. 2. §. n. 20. eas esse spirituales, admittimus, eo quod sint in corpore potestate, non ut corporea esse; sed ut illam subsistant spiritui, & rationi, ac prudenter supernaturali ad finem altiore, & supernaturalem. Alii virtutes illas materiales ponunt, sicut potentia, in qua sunt, materiales est. An autem illæ virtutes morales, quæ cum gratia infunduntur, a gratia radicentur, questio est. Quidquid tamen de hoc sit, dico, quod illæ virtutes morales infuse, sive sint radicatae in gratia, sive non, simul tamen cum gratia infunduntur. Sive sint spirituales, sive corporeæ, dantur ad subsistentiam appetitui rationi, cui possunt in natura rationali status esse obediens in ordine ad operationes, sive naturales, sive supernaturales, sive spirituales, sive corporeæ: quod non est simile de natura irrationali, quæ incapax est obediendi Deo ad actiones intellectuales, ad quas gratia ordinatur.

Ad secundam dico, quod virtus illa Sacramentis collata probabilis spiritualis afferitur, quia tamen instrumentalis est, potest subsistere in corpore: quæ cum descendat tamquam virtus causæ principalis spiritualis, magis suam speciem sumit ab ea, quam a subiecto corpore, quod per eam movetur. Gratia vero cum sit forma habens esse completum, habens esse fixum, & ratum in subiecto, in quo se habet per modum naturæ, quoque per ipsam debet constitui potens operari principaliter, non potest poni in subiecto materiali: alioquin deberet sequi conditionem illius, nec esset amplius spiritualis.

Doctrinam hanc insinuavit S. Thomas 3. p. q. 63. art. 5. ad 1. ubi quærens: quomodo character sacramentalis sit indelebilis, cum gratia, quæ character perfectior est, sit ab antiqua debilibilis, & pro hoc statu amissibilis, respondet. Dicitur, quod aliter est in anima gratia, & aliter character. Nam gratia est in anima, sicut quædam forma habens esse completum in ea. Character autem est in anima, sicut quædam virtus instrumentalis. Forma autem completa est in subiecto secundum conditionem subiecti. Et quia anima est mutabilis secundum libitum arbitrii, quomodo est in statu viæ, consequens est, quod gratia infuse anima mutabiliter. Sed virtus instrumentalis magis extenditur secundum conditionem principalis agentis: & ideo character indelebiliter infuse anima, non propter sui perfectionem, sed propter perfectionem Sacramenti Christi; a quo derivatur character, sicut quædam instrumentalis virtus. Sicut ergo character, quamvis in subiecto mutabilis, indelebilis est, quia agens principale, cuius est virtus, est immutabile: sic virtus Sacramentalis, quamvis in subiecto corporeo (& idem die de virtute infusa) spiritualis erit; quia agens principale, cuius est virtus, spirituale est.

D U B I U M VII.

Utrum solus Deus sit Causa Principalis Gratia.

§. I.

Certa præmissa sunt.

DE causa efficiente, & quidem principali, questio procedit. Suppono enim primo: causam finalem ultimam totius gratiæ esse Deum; non ultimam vero esse gloriam Christifidei, & vitam æternam ejus, cui datur gratia. Ita Trid. Sess. 6. cap. 7. Justificationis causa sunt, finalis quidem gloria Dei, & Christi, ac vita æterna. Utramque partem comprobatur Scriptura. Priorem quidem operatur Dominus. Apoc. 1. v. 8. Ego sum Alpha, & Omega, principium, & finis, dicit Dominus Deus. Ephes. 1. v. 5. Qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum in ipsum, secundam propositum voluntatis suæ, in laudem gloria gratia suæ. Posteriorem autem 1. Cor. 3. v. 22. Omnia enim vestra sunt, vos autem Christi, Christus autem Dei. Ad Ephes. 1. v. 22. Ipsum (Christum) dedit caput supra omnem Ecclesiam, quæ est corpus ipsum. Et ad Coloss. 1. v. 17. Et ipse est caput corporis Ecclesie, qui est principium, Primogenitus ex mortuis: ut sit in omnibus ipse primatum tenens. Tertiam etiam partem eadem Sacrae Litteræ manifeste tradunt; quæ significant, gratiam hujus vitæ referri ad gloriam, & beatitudinem, quam in altera expectamus: ut ad Rom. 6. v. 22. Nunc vero liberati a peccato, serviti autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitam æternam. Et ad Titum 3. n. 7. dicitur effusum fuisse in nos lavacrum regenerationis: Ut justificati gratia ipsius, heredes simus secundum spem vitam æternam.

II. Suppono secundo: causam materiale, in qua recipitur gratia, seu subiectum, esse animam rationale, ex dictis Dub. præc. Quod si loquamur de causa materiali ex qua, certum est, nullam esse causam materiale ex qua, vel componatur, eam gratia sit forma simplex: vel naturaliter educatur, eum sit supernaturalis. An vero in aliquo sensu dici possit, quod educatur de potentia obedientialis anime, in quantum ab anti-

ma pendet in fieri, esse, & conservari, videbitur Dubio seq. Ad causam quoque materiale pertinent dispositiones illæ, quæ in adultis requiruntur ante justificationem: de quibus Concil. Trid. Sess. 6. c. 6. & a nobis inferius sermo erit.

III. Suppono tertio: causam exemplarem primariam gratiæ nostræ esse Deum, secundariam vero Christum.

Prior pars patet: quia gratia, & justitia nostræ est participata similitudo justitiæ, & sanctitatis, quæ essentialiter in Deo est. Quare Ambrosius in Hexameron, Eucherius lib. in Gen. & Damascenus lib. 2. de Fide r. 12. distinguunt in homine imaginem, & similitudinem Dei: ut per naturam humanam, id est, per animam, intellectum, & voluntatem sit in eo Dei imago; & per gratiam justificantem, Dei similitudo.

Posterior etiam pars prob. Tum ex c. 8. ad Rom. v. 29. Nam quos præcivisti, & prædestinasti conformes fieri imaginis Filii sui, ut sit ipse Primogenitus in multis fratribus. Tum ratione: quia gratia, & justitia nostræ est exemplar ceterorum: Christus autem primus est eorum, qui habent gratiam; cum ex meritis ejus omnes illam accipiant ut Joann. v. 16. Et de plenitudine ejus nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia.

IV. Suppono quarto: causam meritoriam totius gratiæ tam habituales, quam actualis esse Christum Dominum. Unde Conc. Trid. sess. 6. c. 7. Causa (inquit) meritoria autem altissimam Unigenitum suum Dominum nostrum Jesum Christum, qui... sua sanctissima Passione in ligno Crucis nobis justificationem meruit. Quod docet etiam D. Thom. infra q. 114. art. 6. & 3. p. quæst. 19. art. 4. conformiter Apostolo, qui ad Ephes. 1. v. 3. scribit, benedixisse nos Deum omni benedictione spirituali in Christo. Quamvis autem solus Christus sit prima causa meritoria nostræ gratiæ: hoc tamen non obstat, quin justus eam meriti possit: aliter de congruo, & sibi ipsi augmentum gratiæ etiam de condigno, ostendemus in Tract. de Merito.

V. Suppono quinto: causam efficientem instrumentalem gratiæ esse humanitatem Christi, modo infra explicando, & Ecclesie Sacramenta. Quare de Baptismo Paulus ad Ephes. 5. v. 25. dicit, quod Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret, mundans lavacro aquæ in verbo vitæ. Et ad Titum 3. v. 5. Salvos nos fecit per lavacrum regenerationis. Unde Trident. Sess. 6. c. 6. art. 12. Instrumentalis item Sacramentum humanitas.

Causa quoque ministerialis, & quodammodo instrumentalis nostræ gratiæ sunt etiam Angeli, & homines. Angeli quidem subministrant illuminationes, quibus ad gratiam pervenimus, vel in ea perseveramus: hoc enim facere possunt, etiam non per modum interioris purgationis, bene tamen per modum ejusdem instructionis. Homines autem non solum instruendo sunt nobis causa gratiæ, verum etiam applicando signa efficacitæ, hoc est, Sacramenta.

VI. Questio igitur tota reducitur ad causam efficientem, & quidem principalem productivam gratiæ in nobis. Quam quidem esse Deum, docet Tridentinum citata Sess. 6. c. 7. dicens: causa efficiens vera misericors Deus, qui gratiam dedit, & sanctificavit, signavit, & unguens spiritu promissionis Sancto, qui est pignus hereditatis nostræ. Sed quod controvertitur, est: an Deus ita sit causa principalis dans gratiam; ut solus ipse, & nemo alius eam principaliter det, aut dare possit.

§. II.

Resolutio Dubii.

VII. DEO solus est causa efficiens principaliter dans, & productivus gratiæ: & nullus alius ab eo dat, aut dare, & principaliter producere potest. Hoc aperte indicat Scriptura, Job 14. v. 4. Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? Nemo enim, qui solus est? Rom. 3. v. 29. Utrumque est Deus, qui justificat circumfessionem ex fide, & præcipium per fidem. Item gratia, est non sit sola remissio peccatorum, ut vult Lutherus, eam tamen involvit; sed dimittit peccata sibi esse, vel ipsi scribit, & Pharisæi agnovissent, dum Luca 5. v. 21. dixerunt, Quis potest dimittit peccata, nisi solus Deus? Hinc S. August. l. 1. de Peccato, merit. c. 14. Perit (inquit) Apostolus recte dicitur imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Nunciam tamen dicitur, justificamini a me, sicut & ego sum justificatus a Christo. Quomodo possunt esse, & sunt, & servorum multi ipsi homines, & imitandi: ipsi autem, & justificati, nemo, nisi Christus. Unde dicitur: Credenti in eam, qui justificat impium, deputat fides ejus ad justitiam. Quisquis ergo ausus fuerit dicere, justifico te: consequens est, ut dicat etiam, crede in me. Quod nemo Sanctorum recte dicere poterit, nisi Sanctus Sanctorum: Credite in Deum, & in me credite: ut quia ipse justificat impium, credenti in eum, qui justificat impium, deputatur fides ad justitiam.

VIII. Probat ratione S. Thomæ hac 1. 2. q. 112. art. 1. sic. Cum gratia sit quædam similitudo participata divinæ naturæ; ab illa sola causa potest principaliter produci, quæ habet in se divinam naturam, seu deitatem habet per naturam; sicut nequit igne, seu participationem ignis in alio producere, nisi qui habet naturam ignis, seu est ignis per naturam; atqui solus Deus habet naturam divinam, seu deitatem habet per naturam; ergo creatura quæcumque, est per gratiam habeat participationem divinæ naturæ, non poterit in alio hanc divinæ naturæ participationem principaliter producere: sicut neque ferrum, quamvis ignitum, potest principaliter ignem, seu in alio naturam ignis participare, sed solus ignis est, qui principaliter ignem.

IX. Urgetur probando, nullam creaturam posse principaliter gratiam producere. Gratia efficienter principaliter a crea-

tura producta, esset formalis participatio naturæ divinæ, & non esset: sed hoc repugnat ergo &c. Maj. & pro secunda parte prob. Gratia a creatura principaliter producta, esset formalis participatio, & similitudo principii formalis, quo creatura eam produceret; quia causa principalis intendit assimilare effectum in forma, seu participatio formalis, quæ agit, ad differentiam causæ instrumentalis, quæ intendit assimilare effectum in forma principii agentis: sed principium formale, quo creatura gratiam produceret principaliter, non esset natura divina, sed gratia, quæ est formalis participatio naturæ divinæ; ergo produceret, non participationem formalem, & immediatam naturæ divinæ, sed participationem formalem gratiæ, nempe, participationem formalem participationis naturæ divinæ. Ergo igitur repugnantia in terminis, cum enim sit formalis participatio divinæ naturæ, non nisi a Deo, qui habet naturam divinam, principaliter effici potest.

X. Probat secundum ex D. Th. 4. sent. Dist. c. 17. Gratia sanctificans constituit hominem filium Dei adoptivum, ut dicitur est supra: sed nulla creatura potest principaliter adoptare in filium Dei; ergo &c. Min. prob. Adoptare principaliter in filium Dei, est tantum illius, qui est filius Dei per naturam: unde S. Thom. ibi concludit, Christum esse verum Deum, & Spiritum Sanctum, quia ex Apostolo ad Galat. 4. & Rom. 8. tam Christo, quam Spiritui Sancto convenit adoptare in filios Dei. Et merito, quia adoptare in filios Dei, est dedicare, juxta illud 1. Cor. 6. v. 6. Ergo dixi, Dii estis, & filii ex parte omnes, quod repetit Christus Joann. 10. v. 39. Nos autem ille dedicare potest, qui deitatem habet per naturam.

XI. Quia vero specialis difficultas est de Christo, ut homines; an scilicet humanitas Christi ratione unionis cum Verbo causet, vel causare possit principaliter gratiam in nobis. Probo, quod non. Si enim humanitas Christi esset potens principaliter causare gratiam in nobis, hoc esset, vel quia heret potens ex unione ad Verbum; vel quia supposita tali unione, ex quadam decentia communicaretur ei vis principaliter causativa gratiæ, sed ex neutro ei convenire potest; ergo &c. Min. pro prima parte prob. Tum quia: unio hypostatica datur præcisè ad faciendum subsistere naturam humanam, non vero ad constituendum illam potentem operari. Quare concludit Theologus in Christo, præter gratiam unionis, præter gratiam habitualem, ut per ipsam animam Christi reddatur potens elicere operationes supernaturales. Tum etiam: quia si Verbum uniret naturam humanam Christi potentem operari: deberet ei unire, non per modum puri termini, sed per modum formæ eam intrinsece informantis: quod substantiæ divinæ completissime repugnat.

Pro secunda etiam probatur primo. Ex dictis gratia est formalis, & immediata participatio naturæ divinæ; ut in se est; ergo non potest principaliter causari, nisi ab habente naturam divinam; cui soli assimilari potest tamquam eadem causæ: sed humanitas Christi nequit communicari naturam divinam tamquam principium agentis; ergo nequit communicari virtus principaliter causativa gratiæ. Secundo. Si humanitas Christi communicaretur virtus ad principaliter causandam gratiam; vel esset ad eam creandam, & hoc nulli creaturæ communicari potest, ostendimus Tom. 1. in 1. part. Q. 1. de Deo Creatore Dub. 3. §. 2. Vel esset ad eam educendam de potentia obedientialis anime; & neque hoc creaturæ principaliter concedi potest: quia potentia obedientialis subditur soli Deo, ut habenti dominium supra totam naturam creaturam, ad obediendum Deo in omnibus, quæ non involvunt contradictionem: hoc autem absolutum dominium nec humanitas Christi, nec ulla creatura habere potest; ergo &c.

XII. Ex dictis colligi potest, hominem non esse causam principalem habitus fidei, spæ, & charitatis: tales enim habitus, upote supernaturales, & infusos, Deus operatur in nobis sine nobis efficientibus. Immo nec per actus nostros augeri effective, sed solum dispositive, & meritorie. Unde D. Thom. 2. 2. quæst. 24. art. 6. Quilibet (inquit) actus charitatis disponit ad charitatis augmentum, in quantum ex uno actu charitatis homo redditur promptior ad agendum secundum charitatem; & habilitate crescentis homo presumit in actum ferventiorum dilectionis, quo conatur ad charitatis perfectionem.

§. III.

Contrariae Rationes.

XIII. OBJICITUR primo. Ideo probamus, Deum esse causam principalem gratiæ; quia de ipso Scriptura dicitur, quod justificat nos, & sanctificat animas nostras: sed hoc ipsum dicitur de quolibet Justo; ergo &c. Min. prob. primo Joann. v. 3. dicitur: Et omnis, qui habet hanc spem in eo, & sanctificat se, sicut ille sanctus est. Ecclesiasticus 2. v. 20. Qui timens Dominum, preparabitur corde suo, & in conspectu illius sanctificabitur anima sua. Et Eszechiel. 18. v. 27. Et cum convertitis se, justus ab impietate sua, quomodo operatus est, & servaverit iudicium, & justitiam, ipse animam suam vivificabit.

XIV. Respondendo, omnia, & similia testimonia solum evincunt, quod homo vivificetur, & sanctificetur animam suam; vel quatenus, jam in gratia constitutus, facit per charitatem opera vitæ, disposita ad augmentum gratiæ: vel quatenus auxilio gratiæ Dei movens disponit se, ut a Deo accipiat gratiam vivificantem, & justificantem.

XV. Sed infabils contra. Qui se movet effective ad dispositionem ex natura rei connexam cum forma, effective quoque se movet ad formam ipsam; ergo si homo, virtute gratiæ movens; effective se movet ad contritionem, quæ est

ultima dispositio ex natura rei connexa cum gratia sanctificante, se movet etiam ad gratiam: sicut qui effective ultimo disponit lignum ad formam ignis; effective etiam producit formam ignis in ligno.

XVI. Respondeo primo, dist. maj. Qui se movet &c. per formam & æqualis perfectionis cum forma, ad quam disponit &c. conc. maj. Qui se movet per formam inæqualis perfectionis &c. nego maj. & conc. min. nego consequ. Quia homo non disponit se ad gratiam per formam æqualis perfectionis cum gratia sanctificante; disponit enim se per auxilium gratiæ, quod minus nobile est ipsa gratia: & ideo non sequitur, quod si effective se disponit ad gratiam, effective quoque producat gratiam. Qui autem ponit ultimam dispositionem ad formam ignis, illam ponit per formam, vel æque nobilem, vel nobiliorem forma ignis: & ideo potest etiam formam ignis producere.

XVII. Respondeo secundo, dist. majorem. Ad ultimam dispositionem, quæ sit totaliter physica, concedo majorem. quæ sit partim physica, partim moralis, nego maj. In ordine naturali ultima dispositio ad formam ex natura sua & physice insert in subiecto formam, ut calor ut octo formam ignis; & ideo agens, quod ponit ultimam dispositionem, ponit etiam formam. At in ordine supernaturali contritio, quæ est ultima dispositio ad gratiam justificantem, non est totaliter physica, & ex natura rei inferens gratiam; sed inter illam, & gratiam intercedit novus favor Dei. De facto enim contritio datur gratia, supposita promissione Dei: dicitur enim Zachar. 1. v. 3. Convertimini ad me (per contritionem) & ego convertar ad vos (per gratiam). Et ideo homo eliciens contritionem, non elicit principaliter gratiam, sed hæc a Deo infunditur: Gratiam dabit Dominus. (Pam. 83. v. 12.)

XVIII. Objicitur secundo. Homo habitum habens charitatis est causa efficiens principalis actus charitatis; & habens habitum luminis gloriæ est etiam causa principalis visionis Dei; ergo homo habens gratiam potest esse causa gratiæ. Consequ. prob. Nam sicut hæc est participatio formalis divinæ naturæ: ita illi actus, divini actus, quo Deus videt se, & se amat, formalis participatio sunt; & per eos similes Deus efficitur. Unde 1. Joann. v. 2. Similes est enim, quoniam videtur eum, sicut est.

XIX. Respondeo, conc. ant. neg. consequ. Ad prob. dico, disparitatem esse: quod gratia est immediata participatio formalis divinæ naturæ, sicut habitus charitatis, & luminis gloriæ in immediata participatione divinæ voluntatis, & intellectus: unde a solo Deo ea habentur per naturam infundi, & produci possunt. At actus charitatis, & visionis Dei, estio sint similes analogice amoris, & visionis increate Dei; non tamen sunt formales, & immediatæ participationes eorum; quia ab his immediate non procedunt, sed ab intellectu creato in vi luminis, & charitatis a Deo procedentium, juxta illud Psalm. 55. v. 10. In lumine tuo videbimus lumen. Unde bene stat, quod actus visionis, & charitatis possunt ab agente creato principaliter produci, focus gratiæ.

Ex hoc nascitur alia disparitas: nempe, quod actus visionis, & charitatis, estio sint supernaturales, supponunt tamen in intellectu habitum luminis gloriæ, & in voluntate habitum charitatis, qui sunt ejusdem speciei; & perfectionis cum aliis. At gratia sanctificans non potest supponere in suo subiecto aliquid principium supernaturale, quod sit æqualis perfectionis eorum, & perfectissimum. Quibus addi potest: quod si homo gratiam principaliter produceret in alio, ageret immediate in potentiam obedientialis anime, quæ sibi Deo subditur, eam elevando: producendo autem actum supernaturalem agit in potentiam jam elevatam per habitum, cui actus ille factus est connaturalis.

XX. Objicitur tertio. Gratia Petri est ejusdem rationis cum gratia Pauli: ergo Petrus poterit gratiam in Paulo producere. Consequ. prob. Principium enim constitutum per formam æqualis perfectionis potest formam similem in altero producere: quemadmodum quia omnes homines in natura sunt æquales; potest unus homo alium producere sibi similem in natura.

XXI. Respondeo, dist. ant. Est ejusdem rationis in esse entis, conc. ant. in ratione causæ, & effectus, nego ant. Ad prob. eodem modo distinguo. Et insto in Archangelo, qui estio perfectior sit Angelo in esse entis, nequit tamen Angelum producere, quia Angelus in ratione effectus excedit Archangelum: cum, upote producibilis solum per creationem, perat agens infinite virtutis.

XXII. Sed dices. Bonum est diffusivum sui, ut patet in omnibus causis; ergo quod plus habet de ratione boni, plus habet de ratione diffusivis: sed gratia, upote forma spiritualis; plus habet de ratione boni, quam forme corporales: cum ergo forme corporales sint principium factæ communicationis in similitudinem speciei, multo magis gratiam habens poterit eam in alio causare.

XXIII. Respondeo, dist. maj. Bonum positum in subiecto, a quo perfecte possidetur, est diffusivum sui. conc. maj. positum in subiecto, a quo solum imperfecte, & diminute possidetur, nego maj. At ergo S. Thom. Quæst. 27. de Ver. art. 3. ad 3. Quod non est ex defectu bonitatis gratiæ, qui habent eam possit in alium diffundere: sed est ex ejus eminentia pariter, & defectu habentis: quia ipsa transmittit statum naturæ creaturæ; & habens eam, non ipsam participat in tanta perfectione, ut eam communicare possit. Videatur etiam ibi ad 4.

Conferenda est hæc doctrina cum alia ejusdem S. Doctoris 1. 2. q. 5. art. 6. ad 2. ubi quærens: an Angelus, qui est beatus in actu, possit beatitudinem in homine, qui est beatus solum



solum in potentia, producere; cum id, quod est in potentia, possit reduci in actum per id, quod est actu tale: sicut quod est potentia calidum, fit actu calidum per id, quod est actu calidum: respondet negative, his verbis: Ad secundum dicendum, quod quando aliqua forma actu existit in aliquo secundum esse perfectum, & naturale: potest esse principium actionis in alterum; sicut calidum per calorem calefacit: sed si forma actu existit in aliquo imperfecte, & non secundum esse naturale, non potest esse principium communicationis sui ad alterum, sicut intentio coloris, qui est in pupilla, non potest facere album: nec ignis, qui sunt illuminata, aut calefacta possunt alia calefacere, & illuminare: sic enim illuminatio, & calefactio est sensu usque ad infinitum. Lumen autem gloria, per quod Deus videtur, in Deo quidem est perfectum secundum esse naturale; in quibus autem creatura est imperfecte, & secundum esse similitudinariam, vel participatam: unde nulla creatura bene potest communicare suam beatitudinem alteri. Hec D. Thom. Ex quibus sic discitur. Certe gratia, que est in Petro comparata gratie, que est in Deo, magis imperfecta est, quam fit minima lux, & minimus calor nequeunt lucem, & calorem in alium diffundere; ergo nec gratia &c.

XXIV. Sed contra hanc doctrinam replicabis. Sicut gratia est participata similitudo anime, qui est per essentiam Deus, & Sanctus &c. ita ignis, & quilibet creatura est participatio essentialis divini esset; & tamen ignis potest alium ignem producere; ergo gratia potest aliam gratiam producere.

XXV. Respondet, disparitatem esse. Primo: quia esse ignem, esse sit a Deo virtualiter participatum, est tamen in igne secundum esse naturale, & perfectum; & ideo potest esse principium communicationis in alterum. Gratia vero in natura creata est solum imperfecte, & non secundum esse naturale. Secundo: ignis est participatio Dei, ut cause universalis, & pure efficientis, & solum virtualis; & ideo non tollit, quin ab alia causa particulari possit produci. At gratia est participatio formalis divine nature respiciens Deum, non solum ut causam efficientem specialem, sed & specificativam: unde non potest ab alio, quam ab ipso participari: sicut participatio formalis ignis non potest ab alio participari principaliter, quod non fit ignis.

XXVI. Obijciunt quarto, probando, quod saltem Christus, ut homo, sit causa principalis nostre gratie. Primo. Tum ex illo Matth. 9. v. 6. ubi Christus de se ait: Filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata. Tum Joann. 1. v. 17. Gratia, & veritas per Jesum Christum facta est. Tum Joann. 10. v. 9. Ego sum ostium; per me si quis introierit, salvabitur. Ait D. Thom. 3. p. q. 8. art. 6. ad 3. In officio imperatoris principalis auctoritas. Et in 4. dist. 5. q. 2. art. 2. q. 2. Agens (inquit) principale in baptizando est ipse Deus per auctoritatem, & ipse Christus secundum quod homo.

Secundo ratione. Quia Christus, ut homo habet gratiam perfectiorem nostram, nempe, gratiam capitis: sed de ratione capitis est principaliter influere in membra; ergo &c.

XXVII. Respondet, materiam hanc pertinere ad Tractatum de Gratia Christi. Ad presens tamen intentum, observo cum S. Thoma 3. p. q. 60. art. 3. & 4. Christum respectu gratie, & remissionis peccatorum duplicem habuisse potestatem. Unam auctoritatis, & principalis agentis, que est convenit quatenus est Deus, & (subdit art. 4.) talis potestas nulli creature potuit communicari, sicut nec divina essentia. Aliam excellentie, seu ministerii principalis, que est convenit, ut homo est in quantum eius humanitas est instrumentum conjunctum divinitati in Persona, ex quo Principalitatem, & causalitatem quamdam habet respectu instrumentorum extrinsecorum: ob quam principalitatem (ait art. 4. cit. ad 2.) potestas excellentie potest auctoritas nominari per comparationem ad alios ministros.

Si ergo laudata Scripturæ loca velimus intelligere de potestate auctoritatis, seu principalis agentis; ea exponenda erunt de Christo, seu Filio hominis, non ratione humane nature, sed ratione personæ: cui, utpote divine, & Deo, convenit esse causam physicam principalem gratie, quemadmodum & alii divinis Personis. Si vero loqui velimus de Christo, ut homine, & de Filio hominis ratione nature; exponenda erunt de potestate excellentie, que etiam auctoritatis dici potest: non quidem agentis principalis, sed instrumenti conjuncti, quod principalitatem quamdam habet respectu instrumentorum separatorum. Quando autem D. Th. in 4. sent. allato dicit, quod Christus, secundum quod homo est agens principale; non tenet, esse agens principalem auctoritatem absolute, sicut Deus, sed per meritum, unde subdit: Cujus meriti operatur in baptismo. Esse autem agens principiale hoc modo, operatur esse habere potestatem ministerii principalis, five potestatem excellentie; ad differentiam aliorum ministrorum, qui, ut dicit S. Doctor ibi, sunt agencia solum instrumentalia. Videtur potestatem in 4. dist. 19. q. 1. art. 2. q. 2.

XXVIII. Alii propterea (nec male) distinguunt inter agens physicum, & morale; asseruntque, Christum ut homo est, licet non sit agens principalem physicum nostre gratie, esse tamen agens principalem morale illius. Nam Christus meruit nobis gratiam, non quidem ut instrumentum Dei, alias Deus esset, qui mereretur; sed ut causa principalis meritoria. Unde Tridentinum sessio 6. c. 7. Christum appellat causam meritoriam nostre justificationis; Sacramenta vero causam instrumentalem. Et hoc modo cum S. Thom. appellat Christum, ut hominem, causam principalem nostre gratie; loquitur de causa principali, non physica, sed morali.

XXIX. Ad rationem allatam, dico, gratiam Christi esse eisdem speciei cum nostra: ac proinde sicut gratia nostra

non est productiva principaliter alterius gratie, ob rationes superius allatas; ita neque gratia Christi. Dicitur tamen esse gratia capitalis, & influvia in membra; vel instrumentaliter physice, potestate tamen excellentie: vel principaliter moraliter, modo explicato. Unde Divus Thomas Quæst. 27. de Verit. art. 3. ad 6. ait: Quod ideo Christus secundum humanam naturam, per alios ministris, Caput Ecclesie dicitur; quia per carnis alios ministris habuit: in quantum per solum ipsum sanctificatur; & per invocationem nominis eius Sacramenti invenitur; & virtute passionis ejus tota humana natura a peccato primi Parentis purgatur; & multa alia hujusmodi, que Christo singulariter conveniunt.

DUBIUM VIII.

An Deus sit Causa Gratie per Creationem?

S. I.

Resolutio Dubii.

Dico. Deis est causa gratie, non eam creando, sed de potentia obedientialis anime eam educendo. Est contra Scotum, & alios: eam tamen docent Sanctus Thomas & omnes ejus discipuli. Et prob. primo ex duobus principis apud S. Thomam certissimis. Primum est: quod creatura non potest concurrere instrumentaliter physice ad creationem, ut Tom. 1. in 1. p. Quæst. 1. de Deo Creatore, Dub. 3. §. 2. n. 14. ostendimus. Secundum, quod humanitas Christi, & Sacramenta novæ legis instrumentaliter physice producant gratiam in anima; de quo in Tractatu de Sacramentis in genere sermo erit. Ex quibus sic formo argumentum. Nulla creatura summi potest ut instrumentum physicum ad creationem: sed humanitas Christi, & Sacramenta assumuntur a Deo ut instrumenta physica ad causandam gratiam; ergo eam non causat per creationem.

II. Secundum probatur ex D. Thom. hac 1. 2. q. 133. art. 9. ubi quærens: an sit majus opus Dei creatio Mundi, quam justificatio impii; respondet sub distinctione: quod ex parte modo agendi maximum opus creatio est, in qua ex nihilo fit aliquid: ex parte vero magnitudo ejus, quod fit, majus opus est justificatio impii, que terminatur ad bonum æternum divinis participationis; quam creatio Cali, & terra, que terminatur ad bonum naturæ mutabilis: sed si in justificatione impii gratia crearetur, justificatio esset maximum opus, non solum ex magnitudine ejus, quod fit: sed etiam ex modo agendi; ergo &c.

III. Tertio prob. Gratia, quando desinit esse, non annihilatur; ergo neque, quando produciuntur, creatur. Consequitur sequi. Nam ex communi Philosophorum consensu inceptio, & desinitio alicujus rei sibi correspondent; ut eodem modo desinat, quo incipit. Ant. probatur. Tum quia: ut docet D. Thom. 1. 7. q. 104. art. 4. In operibus five nature, five gratie nihil redigitur omnino in nihilum. Tum quia: id redigitur omnino in nihilum; cuius nec pars remanet in se, nec in potentia subiecti. Unde S. Doctor ibid. ad 3. ostendit, formas accidentales non omnino redigi in nihilum, cum desinant: non quia aliqua pars earum remanet: sed quia remanet in potentia materia, vel subiecti.

IV. Respondet Scotus. Si Deus destrueret animam rationalem, illam annihilaret: & tamen corpus, quod est ejus subiectum, remaneret; ergo, esto in destructione gratie remaneret esse subiectum, nempe, anima, adhuc tamen annihilabitur.

V. Sed contra. Nam quamvis forma; que uniter quidem subiecta, quia tamen est per se subsistens, non dependet in suo fieri, esse, & conservari a subiecto, possit vere annihilari, manente ejus subiecto: quemadmodum ejus subiecto præexistente potest creari, qualis est anima rationalis: forma tamen, cujus esse est in subiecto esse, & a subiecto in esse, & conservari dependet, si remanet subiectum, non redigitur totaliter in nihilum: ut patet in formis materialibus, five substantialibus, five accidentalibus: sed gratia, utpote accidens, habet esse dependens a subiecto in conservari; ergo nequit redigi in nihilum manente subiecto. Et sicut non potest esse terminus creationis, ita neque annihilationis.

VI. Ex his sequitur, quod gratia educatur de potentia anime, non quidem naturali, seu violenta; quia gratia neque est connaturalis anime, nec violente: sed obedientialis, secundum quod nata est Deo obedire, ut in ea fiat, & eam moveat, quomodocumque voluerit. Quare D. Thom. Quæst. unica de Virtutibus art. 10. ad 13. ait: Sicut ex aqua, vel terra potest aliquid fieri virtute corporis caliditatis, quod non potest fieri virtute ignis: ita ex eis potest aliquid fieri virtute supernaturalis agentis, quod non potest fieri virtute alicujus naturalis agentis. Et secundum hoc dicimus, quod in tota creatura est quidam obedientialis potentia, prout tota creatura creditur Deo ad suscipiendum in se quicquid Deus voluerit. Sic igitur in anima est aliquid in potentia, quod natum est reduci in actum ab agente naturali: & hoc modo sunt in potentia in ipsa virtutes acquirite. Alio modo aliquid est in potentia in anima, quod non est natum educi in actum, nisi per virtutem divinam: & sic sunt in potentia in anima virtutes infuse. Hæc D. Th. idem dicit de gratia, a qua, tamquam a radice, emanant virtutes infuse.

S. II.

Rationes Scotistarum.

Obijciunt primo varia Scripturæ testimonia, quibus videtur dici, gratiam creari. Psalm. 50. v. 12. Cor mundum crea in me Deus. Ad Ephes. 2. v. 10. Creati in Christo Jesu in operibus bonis. Et cap. 4. v. 24. Induite (inquit Paulus) novum hominem, qui conservatur Deum creatur est in justitia, & sancti gratia veritatis: unde ad Galat. 4. v. 15. hominem justum appellat novum creaturam. Cum autem verba Scripturæ debeant sumi in sensu literali: debet intelligi, gratiam proprie creari: maxime cum ex hoc nullum sequatur absurdum.

VIII. Respondet primo, instando contra Scotistas. Nam in Scriptura homo per gratiam dicitur regenerari, renasci: unde ad Titum 3. v. 5. Baptismus vocat Paulus lavacrum regenerationis. I. Petri 1. v. 3. Benedicimus Deo... qui regeneravit nos in spem vivam, &c. 2. v. 2. Sicut modo geniti infantes. Et 1. Cor. 4. v. 15. Nam in Christo Jesu per Evangelium ego vos genui. Quod autem generatur, non creatur. Deinde verbum creari non semper in rigoroso sensu usurpatur a Scriptura. Nam Genes. 1. v. 21. dicitur: Creavitque Deus cetera animalia, que tamen fecit ex aquis, v. 27. dicitur: Et creavit Deus hominem... masculinum, & feminam ex colta tamen hominem fecerit ex limo terre, & feminam ex colta vitæ.

IX. Respondet secundo cum D. Th. 1. 2. q. 110. art. 2. ad 3. Quod proprie loquendo nullum accidens neque fit, neque corrumpitur; sed dicitur fieri, vel corrumpi, instando quod subiectum incipit, vel desinit esse in actu secundum illud accidens. Et secundum hoc etiam gratia dicitur creari; ex eo quod hominem secundum ipsam creatur, id est, in novo esse constituitur: ex nihilo id est, non ex meritis, secundum illud ad Eph. 2. Creati in Christo Jesu in operibus bonis.

X. Obijciunt secundo. Gratia est omnium rerum creaturæ præstantissima, cum sit formalis participatio divine nature; ergo debet produci actione omnium præstantissima, qualis est creatio, non vero educio.

XI. Respondet, nego conf. Actio igitur productiva gratie debet esse præstantissima quidem, sed accommodata conditioni, & nature gratie, que cum sit accidens, atque adeo per se non subsistens, sed dependens in esse, & conservari a suo subiecto; debet fieri dependens ab illo, & consequenter a potentia obedientialis ejus educi, si connaturaliter produciatur. Alimide autem præstantia gratie deductio; quia nempe, nulla creatur est, que ad ejus productionem principaliter concurrere queat.

XII. Sed dices. Non est contra naturam accidens creari; ergo gratia, est accidens, creari potest. Antec. prob. Accidens sine subiecto conservari potest; ergo etiam sine subiecto fieri. Rursus: Anima rationalis in ratione subiecti nihil tribuit gratie; cum potius gratia tribuat ipsi, eamque periciat; ergo non est, cur ex potentia anime educatur. Maxime quia si nulla est in natura causa moralis gratie, multo minus debet esse causa physica, qualis est causa materialis, & educiva.

XIII. Respondet ad primum, neg. ant. Ad prob. dist. conf. Sine subiecto fieri, si producat extra subiectum, etiam. Si in subiecto producat, neg. confeg. Immo sicut gratia connaturaliter conservari sine subiecto nequit; ita nequit connaturaliter sine subiecto transmutari fieri. Ad secundum, dist. ant. Nihil tribuit gratie in genere cause formalis, conc. antec. In genere cause formalis tribuat anime sanctitatem; anima tamen in genere cause materialis ad fieri, sustentari, & conservari gratie concurrat; non quidem secundum potentiam naturalem, sed obedientialem, patriendo, si a Deo auctore supernaturali transmetari, eo proportionali modo, quo aer patitur, se transmutari a Sole per lucem. Ex quo fit, ut respectu gratie possit dari in natura causa materialis physica, qui hæc solum dicit capacitatem, & obedientiam: non vero causa moralis, que dicit debitum, & exigentiam saltem morale.

XIV. Obijciunt tertio. Gratia Angelis, & primis Parentibus data in primo creationis momento non potuit educi; ergo fuit creata. Antec. prob. Ut forma aliqua educatur, debet fieri actio transmutativa subiecti: sed gratia data Angelis, & primis Parentibus, actio transmutativa subiecti fieri nequivit: ad hanc enim requiritur, ut subiectum pro aliquo priori instanti fuerit sub privatione forme, a qua deinde transmutatur ad formam: quod non potuit contingere in Angelis, qui in eodem instanti quo creati fuerunt, gratiam acceperunt, dicente Augustino: erat Deus in Angelis condens naturam, & primis Parentibus, actio transmutativa subiecti fieri nequivit: ad hanc enim requiritur, ut subiectum pro aliquo priori instanti fuerit sub privatione forme, a qua deinde transmutatur ad formam: quod non potuit contingere in Angelis, qui in eodem instanti quo creati fuerunt, gratiam acceperunt, dicente Augustino: erat Deus in Angelis condens naturam, & largiens gratiam (lib. 12. de Civ. Del. c. 9.)

XV. Respond. nego ant. ad prob. ant. dico, quod licet per se, & regulariter loquendo; ad actum transmutativum requiritur, ut subiectum pro aliquo instanti reali præcedat sub privatione, & deinde transiat ad formam: ut tamen actio sic de se transmutativa subiecti, & consequenter educiva, sufficit, ut, esto subiectum tempore non præcedat formam, actio tamen, qua producat formam, sit distincta, & natura posterior, neque habens involubiliter nexum cum actione productiva subiecti. Cum autem actio, qua collata fuit Angelis gratia, fuerit distincta, & saltem natura posterior, neque involubiliter connexa cum actione creata illorum, quod involubiliter verba illa Augustini: Condens naturam, & largiens gratiam, nimirum, largitionem gratie fuisse actionem gravitatem, & donum distinctum a conditione nature: cumque infu-

per Angeli, est gratiam acceperint in eodem instanti suo creationis, ad eam tamen, seiplos referendo in Deum, se dispenserunt, ut ostendimus Tom. 1. in 1. Quæst. 7. de Peccat. Aug. in esse gratia, & gloria Dub. 2. §. 3. n. 15. &c. sic, quod actio productiva gratie fuit actio transmutativa subiecti. Quod si actu non transmutavit, fuit per accidens: quia produxit gratiam in eodem momento, quo Deus substantiam Angelorum creaverat.

XVI. Respondet etiam puto, possit, dato, quod gratia primo Angelis collata, non fuerit educita, sed cum natura ipsorum concreta, sicut concretae fuerunt eorum proprietates: negando tamen, quod in nobis, in quibus anima præcedit tempore gratie collationem, gratia creetur, seu verius concreatur. Sicut quamvis forme rerum materialium in prima rerum productione non fuerint educite ex materia, sed cum materia concretae: non tamen sequitur, quod postea in subsequen- tibus generationibus non educantur, sed concreantur. Concludo ergo cum S. Th. Quæst. 27. de Ver. art. 3. ad 9. Quod creari proprie est rei subsistentis, cujus est proprie esse, & fieri. Formam autem non subsistentem, seu substantialem, seu accidentalem, non proprie creatur, sed concreatur, sicut nec esse habent per se, sed in alio. Et quomodo non habent materiam ex qua, a qua dependet, & per eam mutationem in esse educuntur; ut, si eorum fieri sit proprie subiecti eorum transmutari, Secus autem est de anima rationali, qua est forma subsistens: unde proprie etiam creari convenit.

DUBIUM IX.

An Homo Viator possit certo scire, se esse in Gratia, tali certitudine, ne nequeat ei subesse falsum?

S. I.

Varia præmittuntur.

Triplex, ut observat S. Thom. hac 1. 2. q. 112. n. 5. potest aliquis cognoscere, se esse in gratia. Uno modo per revelationem; Et hoc modo potest aliquis certo scire, se esse in gratia: Revelat enim Deus hoc aliquando aliquibus ex specialibus privilegiis, ut securitatis gaudium etiam in hoc vitæ in eis incipit, & confirmatur, & fortius magnificè opera persequuntur, & mala presentis vite sustineant: sicut Paulo dictum est 2. ad Cor. 12. Justifici tibi gratia mea. Quod Beate Virgini factum credendum est. Luc. 1. Angelo eam gratia plenum fulsente. Itemque Paralitico, & Mulieri peccatrici, quando, Mark. 9. & Luc. 7. ipsemet Christus eis dixit, quod peccata eorum remitterentur. Unde quando Concilium Trident. sess. 6. cap. 9. dicit, neminem posse certo certitudine scire, qui falsum habere non possit, scire se esse in gratia loquitur scilicet specialis revelationis privilegio, & solum via ordinaria, contra hæreticos infra referendos, & impugnanos.

Alio modo potest aliquis cognoscere, se esse in gratia, per seipsum; & hoc certitudinaliter. Et hoc, vel cognitione certa, & evidente, sicut est certitudo, que habetur per scientiam: vel certitudine morali; sicut est certitudo de existentia Romæ in eo, qui audivit a multis, Romam esse, tamen Romam nunquam vidit: vel certitudine orta ex signis supernaturalibus, que homo in se experitur; vel tandem certitudine prædentiali simili illi, qua certo credimus hominem; quem videmus celebrare, esse sacerdotem, vel nos esse baptizatos, vel nos esse talium hominum filios; qua certitudo nititur iudicio prædentiali, excluditque formidinem actuale, esto non potentiam formidandi, saltem ut in plurimis.

Tertio modo etiam, asserit S. Doctor, aliquis cognoscere potest, se habere gratiam, conjuncturaliter per aliqua signa; in quantum percipit, se delectari in Deo, & contemneri res mundanas; vel in quantum sibi non est conscius peccati mortalis.

II. Lutherus, cui subscribit Calvinus, cum omnibus Sectariis, tria docuit. Primum est: hominem certa fide cognoscere, sibi remissa esse peccata, & se esse in gratia. Secundum hoc de seipso omnes profusus debere certo tenere, & statueri; alioquin nec Justos esse, nec Fideles. Tertium: hæc specialis fide homines justificari, & quidem sola. Primum, & secundum docuit primo Lutherus in Theologia publice anno 1518, quarum 13. erat: Usque ad infidelitatem erroris, qui remissionem culpæ incertam asserunt, propter incertitudinem contritionis. Item 14. Quamvislibet incertus sit tam Sacerdos, quam peccator de contritione, rata est absolutio, si credat se absolutum. Et 15. Certum est ergo, remissa esse peccata, si credat remissa; quia certa est Christi Salvatoris promissio. Tertium vero primo asseruit in collatione, quam habuit cum Cardinali Cajetano: ubi inter cetera asseruit: Neminem justificari posse, nisi per fidem, sic scilicet ut necesse sit, cum certa fide credere, se justificari, & nullo modo dubitare, quod justificatus consistat. Si enim dubitat, & incertus est, jam non justificatus, sed vomit gratiam. Primum, & secundum Lutheri asserit hic examinabimus, tertium ad Tractatum de Justificatione remittimus.

III. Ex Catholicis Ambrosius Catharinus noster, licet non asserat, hominem viatorem posse esse certum, se esse in gratia certitudine, que fit fidei immediate, & innixa divina revelationi, dicit, posse esse certitudinem innixa diffusæ una de fide, & altera lumine naturali nato. Potest enim homo facere hunc dicendum: certum de fide est, Deum remittere peccata, & dare gratiam penitentibus, & diligentibus; sed lumine naturali cognoscit, me veram penitentiam habere, & Deum







per est pavidus: Et apposite monet Paulus ad Philippens. 2. v. 12. Cum metu, & timore vestrum salutem operamini.

S. IV.

Examinantur Dogmata Catholicorum sententia.

XXXII. Dico primo. Homo iustus non potest esse certus de sua iustitia, certitudine comparata per discursum ex una premissa supernaturali, & alia naturali. Est contra Catharicum. Et probatur. Nam ut ex una premissa supernaturali, & alia naturali deducatur conclusio certa, debet utraque premissa esse certa, una certitudine fidei, altera certitudine naturalis; si enim premissa naturalis non sit certa conclusio, quae semper sequitur debiliorem partem, erit incerta: sed in discursu, quem facit Catharinus, minor premissa est incerta; ergo &c. Min. prob. Discursus Catharini est hic: Certum de fide est, Deum remittere peccata, & dare gratiam poenitentibus, & diligentiibus se: atqui iustus naturali cognoscitur, non veram poenitentiam habere, & Deum diligere, ergo certum sum, me esse dispositum ad gratiam. Sed minor huius syllogismi est certa: solum enim conjecturaliter, & ex signis, quae fallacia esse possunt, cognoscitur homo, se esse vere dispositum ad gratiam; ergo &c.

Quapropter esto fatear, aliquos Sanctos viros eo devenisse, ut essent omnino certi de sua iustitia: hoc tamen ex speciali interna revelatione illis facta habuisse, tenendum est, ut testatur D. Thom. hoc art. 5. Sic enim Beate Virginis per Gabrielem revelatum credimus, dum illi ait: Ave gratia ple-

Tractatus VI. De Divina Gratia.

Sic D. Paulus, sic Abraham, sic alius, siue pro semper siue ad tempus determinatum.

XXXVII. Dico tertio. Neque ex signis supernaturalibus, quae in se ipsis experiuntur, possunt viri, ceteroquin Sanctissimi, habere moralem certitudinem excludentem omnem formidinem de sua iustitia. Probo primo. Quia alter afferere, esset recedere a sensu Scripturaz, & Concilii Tridentini: scilicet enim revelatione, nemini de sua gratia certitudinem sine formidine ex quacunque causa concedunt. Secundo. Signa, quae supernaturalia existimantur, possunt esse mere naturalia: pax item, & conscientie tranquillitas, solum cognitionem conjecturalem parere possit: eum etiam peccatores hanc aliquando habeant, ex ignorantia eorum culpae. Unde r. Joann. 3. v. 21. dicitur: Si cor nostrum non reprehenderit nos, sanctiam habemus ad Deum. Ubi sanctiam (inquit) non certitudinem.

XXXVIII. Dico quarto. Nullus homo viator secundum communem providentiam potest, de sua gratia habere moralem certitudinem similem illi quae creditur hominibus, quem videmus celebrare, esse Sacerdotem, vel nos esse baptizatos, vel talium parentum filios. Est contra Salimanicenses, conformiter tamen Scripturaz, & Tridentino. Nam de tribus numeratis tamen Scripturaz, videlicet certi, ut prudenter dubitare non possit, ita fumus moraliter certi, ut prudenter dubitare non possit, qui enim videt aliquem in Ecclesia impune publice comens, videt hominem exercentem impone manus, quod lebrantem, videt hominem concessum esse: & cum alii partem nullam holsis argumentum, quod Sacerdos non sit, temere de opposito dubitaret. Similiter de eo, quod baptizati sumus, extat fides authentica libri baptismalis; extat publica contentio omnium, apud quos nati, & educati sumus. omni contrario submoto. Quod etiam talium pretium filii sumus, fidem authenticam faciunt libri baptismi, & testimonium inrefragabile eorum, qui noverunt nos, & parentes nostros. At certitudo de eo, quod sumus in gratia, non est tanta; quin de opposito sine imprudentia metueret possimus; dicente Concilio, quembilibet de sua gratia fidem esse. Desunt enim omnia argumenta positiva, tam intrinseca, quam extrinseca, in quibus fundetur certitudo, quae in tribus praecellitis casibus adfuit; & solum adesse potest argumentum negativum, quale est illud expositum a D. Paulo 1. Cor. v. 4. Nihil mihi conscius sum: ex quo tamen inferre non licet; ergo iustificatus sum: sicut nec jurare sine temeritate licet, ut ex Innocentio III. retulimus.

XXXIX. Dico quinto. Homo viator, scilicet revelatione speciali, solum habere potest cognitionem conjecturalem de eo, quod sit in gratia. Ita aperte docet S. Thomas hac q. 112. art. 5. Nam, ut dicebamus, revelatione seclusa, nullum adesse medium infallibile ad hoc discendum, nec a priori, nec a posteriori. Non a priori; quia hoc, vel debet esse voluntas Dei de gratia data, vel data; vel nota dispositio: de nullo autem horum habere possumus nostram certam. Neque a posteriori; nempe, ad actu aliquo gratia procedente, & cum nobis certo demonstrat, nam experientia dulcedinis, & promptitudinis ad pietatis opera est medium valde fallibile. Tam ob similitudinem, quae datur inter actus, qui sunt a gratia, & qui sunt a natura; & unum ab alio discernere, difficile sit. Tum quia, Daemon, transfigurans se in Angelum lucis, sepe nos decipit; ut videamus agi a Deo: cum tamen a Deo non agamur, ut probat eventus. Unde S. Thom. citato loco concludit: hoc modo: (id est conjecturaliter) aliquis cognoscere potest, se habere gratiam; in quantum scilicet percipit, se delectari in Deo, & in quantum homo non est conscius sibi aliquid peccari mortaliter. Secundo modo potest intelligi, quod habetur Assoc. 2. Vinceti dabo manna absconditum, quod nemo novit, nisi qui accipit. Quis scilicet ille, qui accipit, per quamdam experientiam dulcedinis novit, quam non experit ille, qui non accipit. Iste tamen cognitio imperfectionis est: unde Apollolus dicit 1. Cor. 4. Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Quia ut dicitur in Ps. 18. Delicta quia intelligit?

XL. Queres primo: An possit aliquis in hac vita esse certus, se habere fidem theologiam, & insulam? Respondetur affirmative. Et probatur primo. Quia Ecclesia quibsdam in scriptis praecipit, ut Fideles iurent, se credere mysterium Trinitatis, Incarnationis, & reliqua fidei Dogmata; atqui Ecclesia hoc non eis praecipit, nisi crederet, quod vel essent, vel possent esse certi de ista sua fide: sicut quia fecit, eos non esse, nec posse esse certos de sua gratia, aut charitate, nunquam praecipit eis, ut iurent, se esse in gratia, aut charitate: imo neque hoc permittit: Ut enim supra retulimus, Innocentius III. reprobavit formam iuramenti, quae Praelatus Bifuntinus volebat jurare, se immunem ab obiectis criminibus, tamquam sibi dimissis per poenitentiam; ergo &c. Quia vero tam in Symbolo, quam in forma iuramenti non est sermo de fide humana, sed de divina: ideo ulterius videtur, quod Fideles possint esse certi, se credere fidei divinae: quidquid sit, num certi sint, an fides illa sit per habitum infusum, an per auxilium transiens, aut alios quovis modo.

XLI. Ratio autem est. Quia cum certitudo sit de ratione intellectus: dum intellectus certificatur de obiecto suo, certificatur de sua scientia, & scit, se scire: si sit actus fidei divinae, certificatur de sua fide, & certus est, se Deo credere. Ad differentiam voluntatis: cum enim certitudo ad eam non pertinet, non potest certificari de actu suo: & quamvis amando obiectum suum reflexe amet, se amare, non tamen per seipsum certificatur de actu suo, maxime, an sit naturalis, vel supernaturalis; sed certitudinem accipere debet a iudic-

Quaest. III. De Gratia habituali.

judicio intellectus. Cum autem intellectus nullum occurrere possit medium in hac via, quo possit certo iudicare, ad hunc illum amoris esse vera charitate, ut vidimus: ideo nec potest hominem reddere certum, quod talis amor sit ex vera charitate. Ad ea autem certificandum, quod actus, quo credit, sit fidei divinae habitus certum, & infallibile, nempe, testimonium Ecclesiae proponitur illud obiectum, ut fide divina credendum: & dum ei assentitur, certus est, se illud credere fide divina. Propterea Div. Thom. hac quaest. 112. art. 5. ad 5. ait: De ratione scientiae est, quod homo certitudinem habeat de his, quorum habet scientiam. Et similiter de ratione fidei est, quod homo sit certus de his, quorum habet fidem: & hoc ideo, quia certitudo pertinet ad perfectionem intellectus, in quo praedicta dona existunt. Et ideo quicumque habet scientiam, vel fidem, certus est, se habere. Non est autem similis ratio de gratia, & charitate et alia huiusmodi, quae perfectiuntur vim appetitus.

XLII. Secundo probatur. Qui de aliqua re non est, nec potest esse certus, potest sine peccato formidare, ne illa forte aliter se habeat: sicut quis iustus non est, nec potest esse certus de sua iustitia, potest formidare absque culpa, ne forte eam non habeat; ergo si Fideles non potest esse certus de fide, quae credit, quod sit divina, poterit citra culpam formidare, ne sit humana. Atqui nemo concedit, Fideles posse citra culpam formidare, ne fides, quae profertur se credere, non sit divina, fed humana, & proinde non omnino certa; ergo sunt, vel saltem possunt esse certi de sua fide, quod non sit humana, fed divina, & proinde certa, & infallibilis.

XLIII. Queres secundo: An de sua fide possit aliquis esse certus. Respondetur aliqui negative. Non enim potest esse aliquis ita certus de actu voluntatis, sicut de actu intellectus, ut dictum est. Alii tamen probabiliter affirmant, & dant discrimen inter actum spei, & charitatis. Quia spes non tollitur per quoddam peccatum lethale, fed per solum peccatum desperationis: & quia potest aliquis esse certus, se non commisisse peccatum desperationis, potest esse certus de sua spe. Ad charitas tollitur per quoddam peccatum mortale; & homo certus esse non potest, se omnia peccata mortali carere: ideo nemo certus esse potest, se habere charitatem, sicut nec se habere habitum infusum, qui cum gratia, & charitate necessariam habent connexionem.

S. V.

An seclusa Revelatione possit Homo Viator esse certus de sua Praedestinatione?

XLIV. Hic est alter Sectatorum error: volunt enim Fidelem posse, ac teneri, certum esse fide divina, se esse de numero Electorum, ac Praedestinationum. Contra quem est aliqua dixerim Tom. 1. in 1. part. quaest. 4. de Reprobatione, Dub. 2. §. 3. num. 16. aliqua tamen hic addere, opere pretium existimo.

XLV. Dico. Nemo, seclusa revelatione speciali, potest esse certus certitudine absoluta de sua praedestinatione ad gloriam. Dixi certitudine absoluta: quia certitudine conditionata, hoc est, si perseveraverit usque in finem, potest quembilibet certum de sua praedestinatione, ostendit citato loco a. 17. iuxta illud Matth. 10. v. 22. Qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.

XLVI. Probat hanc catholicam veritatem primo omnes Sacerdotes scripturis textus, superior §. 2. recentissimis, quibus iubetur, semper esse pavidum, cum timore nostram operari, non esse certos de gratia &c. Quis sequentes addere possimus. Prov. 27. 1. Ne glorieris in castitate, ignorans, quid superventura pariat dies. Ecclesiastici 9. v. 2. Omnia in futurum serventur incerta. 1. Cor. 10. v. 12. Qui se existimat stare, videat, ne cadas. Et Rom. 11. v. 20. Tu autem sile fias: noli altum sapere, sed time. Et in fine capituli 33. referens praedestinationem ad inscrutabilia Dei mysteria, exclamat: O altitudo divinarum sapientiarum, & scientiarum Dei; quam incomprehensibilia sunt iudicia eius! &c.

XLVII. Eandem veritatem confirmant SS. Patres. Hieronymus in cap. 30. Jerem. Nullus (inquit) quovis sanctus sit, securus pergas ad iudicium. S. August. 1. de Correp. & gratia o. 13. Quis enim ex multitudine Fialium, quando in hac mortalitate vivimus, in numero Praedestinationum se esse presumas?

Quia id occultari opus est in hoc loco, ubi sic cavenda est elatio: ut etiam per Saran Angelum, ne exolleretur, canis lupulizaretur Apollolus. Hinc Apollolus dicebat: Si manseritis in me, dicente illo, qui vos usque scilicet esse mansuros. Et per Prophetam: Si volueritis, & audieritis me; sum scires ipse, in quibus operaretur & velle. Et lib. de dono Persev. c. 13. Ad quam (inquit) vocacionem pervenire, nullus est homo ab hominibus certa asserutione dicendus, nisi cum ex hoc seculo existit. In hac autem vita humana, quae reuatio est super terram, qui videtur stare, videatur, ne cadas. Ideo quippe (sicut jam supra diximus) perseverantur non perseverantur providentissima Dei voluntate miscentur; ut esse dicamus non alia sapienter, sed humiliter conscientiam, & cum timore, & tremore nostrum salutem operantur. Datus est enim, qui operatur in nobis, & velle, & operari pro bona voluntate. Hoc idem Auctor lib. 2. de Peccat. Genr. cap. 36. & 37. docet, & Gregorius lib. 9. Moral. cap. 27.

XLVIII. Quomobrem merito Concil. Trident. Sess. 6. cap. 12. Nemo quoque (inquit) quando in hac mortalitate vivit, de arcano divinae praedestinationis mysterio usque adeo presumere debet, ut certo fatuatur, se omnino esse in numero Praedestinationum. Nam nisi ex speciali revelatione scire non potest, quod Deus elegerit. Unde Can. 16. sic statuit: Si quis magnum quod usque in finem perseverantur donum se certo habiturum, absolutum, & infallibiliter certitudine dixerit: nisi hoc speciali revelatione didicerit: anathema sit.

XLIX. Duplicem pro hac veritate praebet S. Thomas. Prima est. Non convenit, omnes promissive homines certos esse de sua praedestinatione: quia sic, qui non sunt Praedestinati, desperarent, & securitas in Praedestinati negligentiam pareret. Hanc tradit 1. part. quaest. 13. art. 2. ad 4.

Altera est. Quae ex sola Dei voluntate pendet, non possunt certo cognosci, nisi ipse revelet: at praedestinatio non sola Dei voluntate pendet; ergo nemo potest eam certo cognoscere, nisi ipse revelet. Hanc docet 1. part. quaest. 23. art. 5. ad 3. & 2. de Peccat. art. 2. Quibus in locis totus est in ostendendo: quare hos ad gloriam elegerit, illos non, unam rationem esse divinam voluntatem. Sed de hoc iam egimus Tom. 1. in 1. p. quaest. 3. de Caus. Praest. Dub. 3.

L. Argumenta, quibus Sectarii suum errorem veteri corymbo ex Scriptura, eadem sunt, quae proposuimus, & solvimus supra §. 3. Quibus nunc addi possunt sequentia. Primum, ex prima ad Thesalon. 1. v. 4. Scientes fratres dilecti a Deo electionem vestram. Secundum ex 1. Joann. 5. v. 13. Hae scribo vobis, ne sciant, quoniam vitam habetis aeternam, qui creditis in nomine Filii Dei. Tertium ex 1. Joann. 2. v. 17. Et non potest haberi, ut aliquis doceat vos: sed sicut unctio ejus doceat vos de omnibus, & verum est, & non est mendacium. Certo igitur edocentur Fideles a Deo de omnibus ad salutem spectantibus; ergo & de eorum praedestinatione, quae maxime ad salutem pertinet.

LI. Sed ad haec facili negotio responderetur, Ad primum: verbum illud scientes referri non ad Thesalonicenses, fed ad ipsum Paulum, Silvanum, & Timotheum, quorum etiam nomine scribebat Paulus: ly autem electionem vestram, significat electionem, non ad gloriam, fed ad Evangelium suscipiendum, quod Thesalonicenses a Deo praedicti cum magno fructu susceperant: hoc autem bene potera dignoscere Paulus ex bonis effectibus; quos Thesalonicensium conversio apud alios populos pepererat, ut Epistolam illam legenti constabit.

Ad secundum dico, S. Joannem loqui de vita aeterna in spe, quam omnes, qui crediderint, habere poterant; quam certo quidem scire poterat; aliquos de corpore illius Ecclesiae, ad quam scribebat, consecuturos: sed quoniam in particulari futuri essent, scire non poterat.

Ad tertium S. Thom. Qu. 6. de Verit. art. 7. ad 1. ait: Cum dicitur, quod Unctio docet, intelligendum est de illi, quorum cognitio ad salutem pertinet; non de omnibus, quae secundum se ad salutem pertinent. Cognitio autem praedestinationis non est necessaria ad salutem, nisi praedestinatio sit necessaria. Et 2. q. 8. art. 4. ad 1. ex illis verbis: Unctio doceat vos de omnibus, infert, Deum omni habenti gratiam dare donum intellectus; ut circa ea, quae sunt de necessitate salutis, sufficienter instruat a Spiritu Sancto. Sed circa suam praedestinationem non est necesse, ut quilibet instruat: imo conveniens est, ut non doceatur, propter ea, quae dicta sunt ex Scriptura, Patribus, & maxime ex D. Thom. q. 6. de Verit. art. 5. ubi hanc rem ex professo pertractat. Sed haec factis.